

omnibus doluit de passione christi reciperet in celis torrente volu-
ptatis et exultationis et plus omnibus gauderet de christi glorifi-
catione ut vere posset dicere ad filium. **Scdm** multitudinem doloris
mei in corde meo. cōso. t. leti. animā meam. **Dignū** erat etiā ut que
plus dilexerat et plus gracie habuerat in terris plus diligeretur et
plus gracie haberet in celis. **Bernardus.** Quantū gracie Maria
adepta est pre ceteris in terris tantū in celis obtinuit glorie singulari.
Idē si oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascē-
dit que preparauit deus diligentibus se. quid preparat gignenti se
et se pre omnibus diligenti vnde ipsa significata est per hester que
interpretat̃ eleuata de qua dicit̃ **hester ij.** Ducta est hester ad cu-
biculū Assueri regis. i. christi quia assuerus interpretatur beatitu-
do et adamauit eam rex plus q̃ omnes mulieres. **habuit** gracia et
misericordiā coram eo super omnes mulieres et posuit dyadema
regni super caput eius. ipsa enī est regina celestis curie super omēs
que in celis sunt. **Nō** ē talis katherina Agnes barbara Ecclia. **ē.**
imo sunt omnes eius pedisseque s̃m qd canit ecclesia de qualibet
virgine singulariter. **Nunc** inter virgines adducta ē post eā q̃ mī
est intacta virginū virginis maria digna est pedissequa. **De** hui⁹
reginis excellentia dicit̃ **puer. vlti.** Multe filie cōgre. di. tu supgres-
sa es vni. **Rogemus** hanc reginā ut nos indignos famulos pdu-
cat in suam familiā ut secum in regno suo eternaliter manere mere-
amur. **A M E N**

In Exaltatione sancte Crucis. Sermo.

Mibi absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi
per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.
Gal. vi. Verba ista sunt deuote anime passionem christi
iugiter cogitantis et amore eius mundi delicias contemnētis.
et s̃m hoc in verbis istis duo describuntur. **Primo** materia de-
uotionis incitativa cum crux christi cōmendatur. ibi **Mibi** autē
ē. **Scdo** effectus deuotionis insinuat. ibi **p** quem mihi **ē. i.** p c⁹
amore cōtempno mundū sicut ille cōtempnit q̃ suspēsus ē et crucifix⁹
Nō si p crucē saluari volu⁹ debe⁹. iij. facē circa crucē q̃ xps fecit.
Ep⁹ debem⁹ exēplo xpi crucē portare tribulationes patienter sus-
tinere scdo.

tinere. **S**ecundo crucifigi iuste viuendo. **T**ercio de cruce non descendere in bono perseverando. **Q**uarto in cruce mori. peccata in nobis occidendo. **P**rimo debemus crucem christi portare tribulationes pacienter sustinendo. **C**hristus enim vadens ad passionem portauit crucem **Jo. xix.** Susceperunt ihesum et eoulerunt et baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur cal. locum ubi crucifixerunt eum. **P**rovera verba et considera christi opprobria. **S**usceperunt inquit ihm supple tanquam ad mortem condemnatum et eoulerunt tanquam malefactorum de ciuitate et ab omnibus despectum et ipse baiulans crucem se ad opprobrium sui augmentum exiit in caluarie locum ad sustinendum mortis tormentum. **O** inauditum spectaculum nunquam audiui dici nunquam vidi. nunquam legi. quod fur aliquis ad hoc compelleretur ut portaret patibulum in quo suspendendus esset sicut christus compulsus fuit ad crucem portandum. **S**ane iudei christo imposuerunt crucem portandam in augmentum opprobrii sed christus portauit in formam exempli sicut prefiguratum est **Judicium viij.** ubi legitur quod Abimelech expugnaturus sychem arboris ramum impositum humero ferens dixit ad socios **Ad me videt. facite cito facite** igitur certatim ramos de arboribus prece dentes sequebantur ducem et hoc modo expugnata est turris sychem. **A**bimelech interpretatur pater meus rex et significat christum qui est pater et rex noster. **S**ychem interpretatur labor et significat mundum in quo est continuus labor. **C**hristus ergo pro passionem suam volens expugnare turrem sychem. id est superbiam huius mundi. **R**amum arboris. id est crucem ferens in humero dicit suis ut ipsum sequentibus idem faciant. **Mathei. xvi.** **S**i quis. etc. **N**is ergo o homo mundum et superbiam mundi vincere **A**bnega te ipsum id est per humilitatem te vilem reputa et tolle crucem tuam et sequaris ipsum id est omnia aduersa exemplo christi pacienter porta. **N**on murmuret seruus in tribulationibus in quibus dominus paciens fuit. **I**n cruce sudauit dominus et seruus requiescet quasi diceret non quiescet ibi seruus ubi laborauit dominus. **S**equitur. **T**olle crucem tuam quia ille tulit suam. **G**ustauit acetum **fac** et tu idem **S**i vis esse suus secutor oportet te per tormenta sequi. non itur ad astra delicias. **D**ebes ergo crucem tuam. id est aduersa pacienter portare sicut christus fecit. **C**um enim crucem. id est in propriis portaret humeris et populus iudeorum ipse deridendo clamaret et sicut dicit **Bernardus**

lutum et immundicias super ipsum proiecerunt ipse tanquam agnus mansuetus obmutescens nunquam protulit verbum impatiencie *ysa. liij.* Sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se et mutescit et non aperuit os suum. In huius signum sacerdos in altari inclinatur profunde vocem suppressit. profunda inclinatio significat inclinationem qua Christus sub cruce cum ipsam baiularet profunde se inclinabat. nec mirum quia magnam patibulum in delicato dorso portavit et eius corpus tamen valde lassatum et debilitatum fuerat utpote quod precedenti die pedes discipulorum lauit de eius corpore in nocte pro sudore sanguis fluxerat qui per totam noctem vigilauerat multas alapas susceperat. de cuius capite spinea coronam sanguinem extraxerat cuius corpus vel dorsum flagellis concussum fuerat et pro debilitate vix procedere poterat. Cogita de his quando veneris ad ecclesiam et videris sacerdotem profunde inclinantem et vocem suppressentem Cogita inquam ut sis paciens in adversis *hebre. x.* Nolite amittere confidentiam vestram que magnam habet remunerationem etc. Sequitur patientia vobis necessaria est ut voluntatem dei facientes reportetis promissionem. **S**cdo enim debemus exemplo christi crucifigi iuste vivendo christus enim crucifixus fuit cruci *Luce xxiij.* Postquam vero in locum vocatur calvari crucifixerunt eum Audi o christiane ideo christus corporaliter se fecit crucifigi ut tu eius exemplo cruci spiritualiter configaris iuste vivendo *Gal. ij.* Christo confixus sum cruci vivo autem iam non ego vivit vero in me christus Qui vult crucifigi spiritualiter debet habere quatuor virtutes que significantur per quatuor ligna que fuerunt in cruce christi. nam pars inferior. id est truncus super quem crux fuit posita fuit de cedro. pars illa que fuit ad dorsum fuit de cypresso pars illa ubi fuerunt manus confixe fuit de palma. pars illa in qua fuit titulus scriptus fuit de oliva *yn.* Pes cedrus. mediu cypressus oliva supremu. Palma quod transversum. fuit in domini cruce lignum. Qui ergo vult cruci configi debet habere altam cedrum devotionis quo ad deum. palmam victorie quo ad diabolum. Olivam pacifice conversationis quo ad proximum. cypressum operationis bone quo ad se ipsum. **P**rimo dico quod debet habere altam cedrum devotionis quo ad deum. Cedrus enim secundum *Rabanum* est altissima arborum et significat devotionem per quam anima ad contemplationem celestium eleuatur unde deuota anima dicit *Eccle. xxiij.* Quasi cedrus exaltata sum.

tata sum supple per contemplationē ⁊ deuotionē. **V**is o hō habe
re deuotionem reduc ad memoriā christi passionē vide qualiter in
cruce fuit suspensus ⁊ a terra eleuatus. **I**deo enī exaltatus fuit in
cruce vt tu ex alteris in deuotione ⁊ in eēna mansionē **Io. xij.** Ego
si exaltat⁹ fuero oīa traham ad me ipm. **C**onsidera christū q̄tū
te dilexerit. quid ⁊ q̄liter pro te pass⁹ fuerit ⁊ materiā magne deuo
tionis inuenire poteris. **S**ecūdo debet habere palmā victorie quo
ad diaboli. palma quondā dabat⁹ victori in man⁹ in signū victo
rie. istud figuratū est. **i. Mach. xij.** vbi legit⁹ q̄ iudei deuictis hosti
bus intrauerūt arcem cū laude ⁊ ramis palmarū ⁊ himnis ⁊ canti
cis q̄ contrit⁹ est inimic⁹ magnus ex isrl. per arcem q̄ fuit valde
firma munitio accipit ecclesia q̄ per christi graciā valde firmata ē
Ab hac enī homo peccando efficit⁹ s̄ penitendo reintrat eam. deu
cto diabolo cum laude. s. dei ⁊ ramis palmarū. i. virtutib⁹ que sūt
signū victorie q̄ sicut homo peccando a diabolo vincit⁹ sic penitē
do vincit diaboli. **A**udi o homo diaboli assidue te impugnat si vi
ceris eū saluaberis si victus fueris damnaberis. pugna ergo strē
nue vt victoriā obtineas ⁊ adquiras coronā. **N**on enī pugnas pro
vita corporis obtinenda sed pro vita anime. nō pro hereditate ter
restri sed celesti. non pro regno transitorio sed eterno. si times vin
ci inuoca christū vt te adiuet qui ideo in cruce pependit ⁊ man⁹
ad lignum palme extendit vt dyabolum vinceret ⁊ tecū contra di
abolum pugnaret **Jeremie xix.** **A**udiui contumelias multoz. i. de
monū ⁊ terrorem in circuitu supple ex parte demonū dicentium.
Persequamur eū. si quo modo decipiatur. ⁊ preualeamus aduer
sus eum ⁊ consequamur vltionē ex eo. dñs aut̄ mecum est tanq̄ bel
lator fortis ideo qui sequuntur me cadent subtus ⁊ infirmi erunt.
Tercio debet habere oliuā pacifice conuersationis quo ad pro
ximum. Oliua enim signum est pacis. **U**nde **R**omani quondam
nunquam miserunt pacem per nuncios nisi cum frondibus oliua
rum. **D**ebet ergo deuota anima habere oliuam pacifice conuersa
tionis per quā deo placeat ⁊ proximū edificet **Osee xij.** **E**rit quasi
oliua gloria ei⁹ ⁊ odor eius vt libani. bene dicit⁹ erit quasi oliua gl.
eius q̄ magna est gloria. pacifice cōuersari cū proximo q̄ per hoc
deo placet ⁊ filius dei efficitur **Matth. v.** **B**eati pacifici ⁊c. **B**ene
etiam addit ⁊ odor eius vt libani. quia sicut bonus odor delectat

olfactū. sic pacifica ouersatio delectat et edificat proximū. **vis** hūc o
hō pacē cū primo respice xpm in cruce pēdentē qui in hoc mūdo
pacifice ouersatus fuit **ps.** **Cū** his qui oderūt pacē. **et** ne pacem
rūperet a iudeis capi se pmisit et in nullo se defendit. multa oppro
bria et penas paciēter sustinuit. **1. Pe. ij.** Qui cuz malediceret non
male. cum pa. nō cō. **Quarto** debet habere cypressum opatiōis
bone quo ad se ipm cypessus enī impuibilis est et sp remanet in
prima firmitate et est suauissimi odoris vt dicit **Iheronimus** et signi
ficat opationē bonā p quā aīa a putredine vicioz cōseruat et odo
re virtutū reuolat **ideo** deuota aīa dicit **Ecc. xliij.** Quasi cedr⁹ ex
sum in libano et quasi cy. in mōte syon. **Ille** in mōte syon. in emi
nentia virtutū exaltat q. cypessus qui bonis opibus floret. **Vis** o
hō bonis operib⁹ florere respice xpm in cruce pendentē qui multis
bonis opibus floruit. **ideo** dictus ē **Iherus nazaren⁹** qd̄ interp̄ta
tur florid⁹ sic patet scdm pncipale. **Tercio** exemplo xpi debem⁹
de cruce nō descendere in bono pseuerādo xps enī de cruce descē
dere noluit q̄uis iudei clamarēt **Mat. xxvij.** Si rex isrl̄ es. **In**
hoc dedit nobis exemplū pseuerandi in bono vsq; in finē. **hebr.**
xij. Aspiciē. in auctorē fidei et cōseruatorē ism qui pposito ē **Vis**
habere pseuerantiā in bono inuoca xpm qui in cruce pseuerauit
vt det tibi perseuerantiā in bono. **Respice** q̄ artam vitam in hoc
mundo duxerit quid pro te sustinuit. et sustineas aliquid pro eius
amore. **Quarto** exemplo christi debemus in cruce mori peccata
in nobis occidendo christus enī in cruce mortuus est vñ **Phil. ij.**
Humiliauit semet ipm factus obediens vsq; ad mortem. **In** h^o q
christus mortuus est in cruce vbi per mortē suā omnē penā termi
nauit. **Dedit** nobis exemplū q in cruce debem⁹ mori et amore xpi
omnia peccata in nobis occidere. **Ro. vi.** **Vetus** noster homo cru
cificatus est vt destruat corpus peccati vt vltra nō seruiam⁹ pec
cato veterem hominē appellat statuz peccati per quod veteri ace
assimilatur. **hunc** debemus cum adiutorio christi sic in nobis oc
cidere ne vnq; in nobis reuiuiscat **Vis** o homo statum peccati in
te occidere. **Inuoca** christū qui pro te mortuus est in cruce vt per
meritū mortis sue te faciat mori sine crimine et viuē cū deo. **Amē.**

Quoniam vocat
bis quo tan
pauit rep
illos qui se multos rep
leas penitentium qu
peractos to est illo
pax in phariseo et p
lathum cuius bo
vocauit a statu culp
rie ad voluntariar
dicandum euangeli
cipiendam eterne m
a statu culpe ad pen
mino. tantū inquina
ab hoc statu vocatu
dens exercituz in di
et ad cingulum sacri
penitentia. **Solor** in co
militas in satisfactio
dumque sunt signa ob
nundiam. q. caluiciū
adit ad cingulū sacri
audiunt vocem dei vo
us audiuit. de quo leg
gens. secutus est euz.
est vt peccata emēdar
ca me et rñdebo tibi v
bi ad obedientiam. **Ta**
a dñō ad penitentia vo
adam et dicit ad eū **Ad**
quero te per gratiam. **Sed** heu adam hūc vo
audiui domine. et timui
adam quamfulte fecisti
ibus spoliatus et nudatu